theca rerum ſuarum: vt C. quando mulier tu. off. fun. poteſt. l. 2. &
fin. Hodie uero præfertur mater primo, & poſt auia omnibus tu-
toribus legitimis & datiuis, non tamen teſtamentariis: & ſufficit,
d quod ſimplici verbo renunciet ſecũdis nuptiis, ſine ſacramẽto [d].
& Velleiano, & omni alii auxilio, vt ex eis non iuuetur, ſi ſe obli
gauerit pro pupillo. in Auth. de hæredi. ab inteſt. ve. §. ex his. col-
lat. ix. C. quando mulier tut. off. fun. poteſt. Auth. matri. & Auth.
ſacramentum. Et ex quo ſuſcepit tutelam, debet inuentarium fa-
cere. & cauere rem pupilli ſaluã fore. in Auth. vt matres debit. &
credit. ſine prohi. filii tu. ge §. ſi. colla. vii. Quod autem dixi, quod
præfertur legitimis, intellige collateralibus, ſecus in aſcendenti-
bus: vt in præd. §. ex eis. & nota. in præd. Authen. matri. Ea autem.
matrimonium contrahente, ſoluta eſt tutela, ac ſi mortua eſſet.
eod. tit. §. quia vero. extr. de appel. ex parte. & in prædict. Authen
ſacramentum & ſi tranſit ad ſecundas nuptias, non reddita ratio
ne tutelæ, bona eius ſecundi viri ſunt tacite filiis priores matrimo
nii obligata. C. in quibus cauſ. pi. ta. contrahi. ſi mater. & in Auth.
collat. 4. de nup § ſi autem tutelam. & in præ. Authen. ſacramen
tum. Mater ergo gerens filii tutelam agit & defendit pro ea: vt in
præd. decre. ex parte. & extr. qui filii ſint leg. ex tenore. ſicut & tu
6 tor: vt extra, de teſta. Raynutius. † ¶ Sed pone, aliqua minor xxv.
annis habet filium, cui datus eſt tutor, vel auia eſt tutrix: quia ipſa
eſſe non poteſt, vt iam dixi, & dicam j. §. proximo, in principio. q̃
ritur, an mater, cum peruenerit ad legitimam ætatẽ, debeat habe-
re filii ſui tutelam: & videtur ꝙ non: quia tutela eſt ius atque po
teſtas in capite libero, &c. Inſti. de tut. in prin. Quomodo ergo iſte
tutor habet poteſtatem, ſi remoueretũ: vt ff. eo. l. j. §. j. nec haben-
ti tutorem tutor dari poteſt. j. §. generaliter. verſi quod habenti
…ment. contra, ff. de tu. & ratio. diſ. l. tutor, qui Reipublicæ. §.
…bus. & Inſt. de Attil. tu. in prin. & argum. ff. de leg. tu. l. 1. §. ſi
e apud. Inſtitu. qui dari tuto poſſ. §. furioſus [e]. † ¶ Quid ſi mater ſu-
7 ſcepit tutelam filiorum, deinde ad ſecunda vota tranſiens eam
amiſit: mortuo autem ſecundo viro, vult illam recuperare: quæ-
f ritur, an poſſit [f]? Et vr̃ quod ſic Si enim tutela legitima caſu amit
titur

## ADDITIONES.

a Vber. de Bo. ¶ Vbi tractat de anomala. Sed quid ſi datus eſſet tutor a iudi-
ce, matre, quæ tutelam petere poterat, non petente, nunquid id obſtabit
ei nunc petenti tutelam, & illum datum remoueri? videtur, quod ſibi non
obſtet: cum factum fuerit contra legem, ſcilicet authen. matri. quæ præfert
eam omnibus, exceptis teſtamentariis. Et ſic habetur pro non dato. de iure
patron. quod autem. in fin. ff. de reb. eorum, qui ſub tut. l. magis. §. ſi æs. ff. de
tut. & cura. da. ab his l. ſcire. §. ſed & ſi quis, & l. tutor ſi petitus. vbi hoc te-
net Accurſi. & placet Dyn. & Oldra. C. quando mu. l. ſecunda. argumen. ff. de
adulter. l tertia. §. finali. Sed ipſe Accurſ. in d. authẽti. matri. in gloſ. quid er-
go in fin. quærens tamen de matre ignorante ſcilicet alium petere tutelã, &
Iacob. Bal. per l. ſi vt proponis. C. de confir. tut. tene: contrarium. Ad auth.
reſpondet Iac. id verum re integra. & hoc etiam placuit Odofre. ex quo ma
ter fuit in mora, & ſciuit iudex pupillum habere matrem. Alle. C. de admi-
niſtrat. tut. ſancimus. ſecus ſi non fuiſſet in mora, per prima iura. & ff. de fidei
commiſ. libertat. l. cum vero. §. ſubuentum. & C. qui admit. ad bo. poſ. l. fin. &
facit j. verſi. ſed pone. Hoc placet etiam Cyn, in auth. matri. in vi. quæ. hac
ratione: quia cum mater non ſit inuita tutrix legitima, ſed tunc cum petit,
exiſtendo in mora, uidetur nolle. ar. ff. de uerb ſig. alienationis verbo. & ſic
pœnitendo redire non poteſt ad id, cui renunciauit. C. de iureiu. ſi quis. Hæc
ſecundum Gui. de Suxar. procedunt. quando mulier non erat data tutrix in
teſtamento, & quando ſciuit alium tutelam petere, quia patientia ſibi no-
cet. C. ad Vel. ſi ſine. & de iure do. in. pe. l. prima. Si uero ignorauit, ſibi non
præiudicat. ff. de tranſ. l. fin. de his, qui notant. infa. l. genero. Si autem data
fuit in teſtamento ſolenni, dicit dationem per iudicem factam de alio non
ualere. C. qui dar. tut. poſſ. ſi ſororis. Non obſtat C. de confir. tu. ſi ut propo-
nis. quæ loquitur. de inutiliter dato in teſtamento: hic loquitur de utiliter
dato. Propter hæc, & ſequentia, ſciendum eſt, ꝙ domi. meus in legibus diſ-
putauit quæſtionẽ de matre, quæ filium impuberem cuius erat tutrix, hære-
dem inſtituit, & in teſtamento illi dedit Titium tutorem: qua mortua, decre
ta eſt Titio tutela, & fuit per iudicem confirmatus: poſt eadem die legiti-
mus petit ſe in tutela præferri: quærebatũ quid iuris? Allegat. pro teſtamen-
tario teſtimonium matris filium inſtituentis, quæ ex pietate materna & offi
cio præcedenti, uidebatur uelle & ſcire quid expediebat pupillo: ex quibus
uidebatur ille confirmandus: ergo confirmatus præferendus. maxime, quia
originalis huius cauſa pendet ex teſtamento, quæ attendenda eſt. C. Ad Ma-
ced. l 3. Item legitimus ſuſpectus eſt, qui operas ſuas ingerit contra uolun
tatem matris, quæ alium dedit & ſic repellendus eſt. C. ſi contra uoluntatem
matris tutor da. ſit. l. una. pro legitimo facit, quia confirmatus dicitur da-
tiuus: ut s̃. § proxi. ad fi. & eſt præferendus legitimus, iuxta nota. C. de teſta-
men. tut. l. 1. in fi. ultim, glo. Item cum pupillus haberet legitimum tutorem:
ſic habenti tutor dari non potuit. De hoc j. §. proxi. ver. item quod habenti.
Item decretum interpoſitum contra ius legitimi non citati, debet haberi
pro nõ appoſito. ff. de minorib. l. verum. §. ex facto. C. ſi maior factus. l. 2. fac.
etiam pro iſta gloſ. quæ eſt inſti. de tutel. in fi. & C. de confir. tuto. l. 2. & quod
ſcripſit Azo in ſumma ipſius. Soluit datum inutiliter in teſtamento, & con-
firmatum præferri legitimo ex ordine titulorum Codicis, & ad inſtar cura-
toris dati furioſo in teſtamẽto, qui eget confirmatione. ff. de cura. fur. ſi furio
ſo. tamen legitimus ei poſtponitur. C. de epi. aud. l. de creationibus. C. de cu.
fur. l. vlt. §. ſin aũt teſtũ. Idem ergo in propoſito ſubdit, quod ſi alius hunc te
ſtamento datum præueniſſet, dum forte negligeret confirmationem pete
re, vel eſſet in ſtatu, quod nondum poſſet confirmari; tunc haberent locum
leges. C. de confir. tu. ſi ut proponis. & de teſta. tut. ſi ut pupill. ¶ Adde pri-
mæ quæſtioni Bar. in d. auth. matri. in l. ſi qui. ſub ꝯditione. ff. de teſt. tu. Et an
iudex illum dare teneatur, quem mater elegerit, vide Bal. conſ. clv lib. 2. Se-
cundæ uero quæſtioni adde, quod illa uenit intelligenda cum mater filium
hæredem vniuerſalem inſtituit: ubi autem ſolam legitimam reliquiſſet tuto
ris datio non ualet, nec debet confirmari, ſecundum Roffre. conſil. clxxxviii.
incipiente, in cauſa mihi commiſſa. vbi etiam tenet, quod ſi pater dedit teſta
mentarium tutorem filio, ſimiliter & mater dederit, quod ſolus paternus tu
tor adminiſtrabit.
b Secundum Iac. ¶ De matre decreta tutrice. quæ volens nubere, petit per
iudicẽ dari extraneum, cui legitimus ſe opponit, quæ præferatur hoc fuit
iamdiu diſputatum in iudicio & in ſcholis, & terminatur, præferendum le
gitimum. Hanc omitto, cum plene per Cy. in Aut. matri. in vii. quæſtione. tra
ctata ſit. Hoc tamẽ ſcias, ꝙ Simon Vin. recitans opin. in Auth. ſacramẽtum.
C. quando mulier tut. off. dicit, quod mulier nubere volens legitimo tutori
denunciet, quod ſe tutelæ immiſceat, quia nubere vult: & de hoc etiam iudi
cem certificet. Alleg. C. in quibus cau. habenti, &c. ¶ Adde, quod auia præ
cedat, uoluit Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſt. tutela. ver. quod ſi non
dum contraxit. Adde Bal. conſ. 266. lib. 4. item uer. ueruntamen. adde Bald.
conſi. 209. lib. 4.
c Eſſe tutrix. ¶ Et curatrix, ut ibi, quod dixit Alber. Gal. ſpeciale eo caſu: hoc
dixit in rub. de cur. bon. dan. uide plenius j. in prox. §. ul. uer. nũquid mater.
d Sacramento. l ¶ Hoc ergo ſolum immutatum eſt iure nouiſſimo. uerba
lis ergo renunciatio & hodie eſt neceſſaria, quo attento, & ponderatis gene
ralibus regulis, ſcilicet prima prohibente fœminas a publicis officiis, & ſe-
cunda prohibente eas a tutela. de quibus s̃. terminaui: D. Vianiſius, diſpu-
tando, quod mulier, quæ ſecundo contraxit, data tutrix filio ab auo paterno,
non confirmabitur contradicente legitimo. cum ſit intra regulas iſta, quam
non excludit exceptio: quia ſecundas nuptias ipſa iam contraxit. & hoc fa-
cit contra. uer. 2. j.
e Furioſus. ¶ Sic dicit Vber. de Bon. pronunciatum per has leges. Non ob-
ſtãt. C. de teſta. tutores. quæ ut ibi dicit, loquitur de tutore teſtamentario
cui, cedit legitimus. concor. quod ibi notatur.
f An poſſit. ¶ Eſt hæc. vlti. q. Cy. in Auth. matri. ſed hic plenius.

Quem

tũ ceſſante caſu,redintegratur a iure:vt eſt in tutore,expreſſum.
ff.de teſta.tu.ſi quis ſub §.fi.Hoc etiã video in patria poteſtate:vt
C de ſen. paſ.l.fin.Inſti.qui.mo.ius pa.po.ſolu.§.ſi ab hoſtib.vt
in area legata.ff.de legat. 3.ſi chorus.§ ſi area.ff.de rerum diui.in
tantum.& facit ff.qui ſatiſd.cog.ſi arbitro.§.j.ff.de dolo.& ſi dam
num.§.1.C.de iure delib l.ſcimus.§.donec.& § in computatione
ff.quibus mo. vſusfruct. am ſicut reſpon.j.& l.ſi tibi.C.de furt.l.
apud.C.de rei vend.l.2.C.de inoffi.do.ſi totas.C.ad exibend.l.3.
& in pluribus aliis exemplis. Item ceſſante cauſa ceſſat impedi-
mentum:nec eſt punienda ex eo, quod bene fecit. C.de adulter.
Gracchus.Argum.contra:quia iura ſemel perdita iterari non de-
bent.ff.de euict.l.finali.de iure do. ſtipulatio de dote.& l.ſi ſpeci-
alib.ff.de ſtat.hominum.homo liber.ff.de adop.l.ſi pater filium.
ff.de capit.dimin.l 1.§.ei qui.ff.de ſeruit.vrba.præd.& Attilici-
nus.ff.depoſi.l.j §.ſi cõueniat.& vt in depoſi culpa prçeſt rara eſt.
C.de ann.excep.l.j.C.de temp.appell. l.finali.in fi.de conſe diſt.4.
quæris.prope prin. cum multis ſimilibus. Sol.Si res inuenitur in-
tegra.quia pueri alium tutorem non habent, admittenda eſt:ſe-
cus ſi habent alium legitimum, vel habere poſſunt. ff.de procu.
fœminas.C de repu.hæred.l.fin. ff.qui ſatiſd.cogan.fideiuſſor.l.
reſponſ primo.& §.1.ff.de mu.& ho.vt gradatim.§.quod.& l.ho
nor.§.fin & l.excuſationem. in fine. Et facit ad hoc quod not.in
authent.de reſtitu §.ſi vero & ipſam quartam. Et ſcias, quod te-
ſtamentaria tutela,ſi eſt, excludit legitimam & datiuam, ſed ſi
ea non eſt,legitima excludit datiuam:quia vbi habet locum legi
tima,datus a iudice ipſo iure nullus eſt: vt ff.de tut.& ratio.diſtr.
ſi tutor.§.primo, C.qui dare tut.poſſ.ſi ſororis.Tertio,ſuccedit
8 datiua,deficiente legitima.†.¶ Sed quid ſi fuit teſtamentarius,&
deſiit? Reſpondeo,refert an remaneant reliquiæ,vt quia excuſa-
tus vel remotus eſt:& tunc datur datiuus:an non, vt quia mor-
tuus eſt naturaliter vel ciuiliter. & tunc aut aliquis remanet,&
datur datiuus. Aut non,& tunc legitimus:vt ff.de teſtamen.tu.ſi
quis ſub conditione.Sed quid ſi fuit legitimus, & deſiit? Reſpon
deo,ſequens legitimus erit, quocunque modo deſinat *primus*:
vt ff.de leg.tu.l.tutela.§.fina.& l.ſequent.nam datiuus iam datus
reiicitur ſuperueniente legitimo, qui prius non erat: vt in præd.
l.b tutor.§.primo. multo ergo magis impeditur dari, dum eſt le-
gitimus Item quid ſi datiuus deſiit? Reſpondeo,venitur ad legiti
9 mum:ſi eſt:alias ad datiuum alium. arg. præ.l.ſi tutor.§.1.†¶ Sed
quid ſi mater deſiit? Reſpondeo, ſiue dicas eam teſtamentariam,
ſiue legitimam, ſiue datiuam habes reſponſionem ex iam dictis.
ſed qualis ſit,no.ſ.& C.quando mu.tut.off.fun poteſt.Authent.
matri & auiæ Hodie tamen non videtur, quod ipſa poſſit petere
a quem vult [a], ſi ſecundo nubat:vt C.ad Tertull.omnem.de nupt.
§.ſi aũt tutelã.C.q pe.tu.matris. ſecundum Azo.Qui autem tuto-
res aliis præferãtur & quando ſimul concurrant, plenius proſe-
quere.vt C.de teſta.tut.l.j.& ſecundum dominum meum ext.de
a app.ex parte.2 [a] † Et nota, ꝙ mater non ſolum petere habet da
10 ri tutores filio impuberi,cum non habet legitimos,imo etiam cũ
b habet,neceſſe habet petere ꝙ ipſi adminiſtrent [b].ff.ad Tertul.l.2.
§.ſi mater.& in aliis §.Et iunge,hic,quod not.j.de inſtr.edi.§.nũc
vero.ver.ſed pone.
c

ADDITIONES.

a Quem vult. ¶ Accur.idem ff.de teſt.tut.ſi quis ſub conditione. in fi.mag.
gl.Fertur Dyn.idem ibi tenuiſſe:ſed eius ibi triplicatas additiones habeo
& non inueni.Iac.de Bel.in præd.§.ſi autem tenet idem remittendo ad prę.
glo.& ad gl.in Authen.ſacramentum.Patet etiam id ex quæſt.quam ibi for
mat,an mater in ſubſidium teneatur de mala geſtione illius,quem tutorem
petiit.Allegat quod ſic, C.de admin.tut.l.fin.§.ex perſonis. cum concord.
Ad contrarium,C.ſi mater indem.promi.l.1.& 2.& hoc tene*,niſi id fecerit
in fraudem ff.ad Tertul.l.2.§ non ſolum.Iac.de Are.tenet contrarium Azo
ni,Accur.& Iacobo prædictis dicens,quod mater non petit extraneum, ex
tante legitimo,& quando petere poteſt, quia non extat,non petet certum:
ſed ſi petat,iudex dabit alium.Facile enim fraudaretur pupillus ex electio-
ne matris quæ eſt ſibi debitrix ex tutela.ff.de iudi.l.obſeruan.& ff.qui pet.
tut.l.diuus.§.ſi quidem.Et ſi dicas,quod eadem lex.1.reſponſo probat con
trarium in princ.& ibi aliorum nomina ediderit defendens.Iac.dicit, vt ſ.
quod petere vnum vel plures poteſt,ſed illi non dabuntur.Ad idem.C.quã
do mu.l.2.quæ dicit dari debere tutorẽ per iudicẽ ex inquiſitiõe matre refu-
tãte tutelã: & lex ultima.§.ultimo.ff.qui petant tutores.dicit,quod maternũ
iudicium non ſufficit ad eligendos tutores: & ideo ex inquiſitione dantur:
& vide qđ dixi ſ.e.§.ſuper.uer.quid ſi mater ¶ Ad le ꝙ Bar.in l.ſi quis ſub
conditione.refert quoſdam ſolennes doctores conſuluiſſe,quod iudex non
adſtringatur dare illum,quem mater petit.& idem tenet Bal.conſi.clv.lib.2.
b Parte 2. ¶ Vide quod poſt Hoſti.ſcripſi ſuper 1.glo. circa medium.ver.cõ
tuenit autem quæri. & ibi tractatur de quaſi teſtamentaria,an præferatur
legitimæ.& hoc vſque ad fi.gl. Vocat autem quaſi teſtamentariam datam
a patre filio emancipato, vel a matre filio inſtituto, vel ab extraneo hærede
inſtituto.ibi enim in ver.ſi vero.præmiſerat caſum, quo etiam datio ab ex-
traneo facta tenere potuerat.
c Adminiſtrent.Et inuentarium & ſolennia faciant ſupra, alias excluditur ab
impuberis ſucceſsione,& procedit id etiam,ſi pater idemque maritus pro
hibuit eam id petere, volens eam adminiſtrare: vt in §.ſtatim allegato,in
fi.Eſt ſciendum,quod Alber.Odoſ.in quæſt.quidam deceſſit, tenuit quod
r non ...æ non petiit tutorem impuberi filio habenti patruum, cum ille eſ-
re detu...
ſet legitimus,& tutores legitimos nemo det,ſed lex xii.Tabularum.ff.de leg.
tut.l.legitimos.non excluditur a ſucceſsione impuberis, nec imputetur ei,
ſi habenti tutorem,non petiit dari.ff.qui petant.tu.l.fina.& C.qui pe.tu.l.
ante penult.& aducit gl.C.ad Tertul.l.3.Item retentis terminis,quod exta
bat patruus,licet mater non petierit, vt faceret inuentarium, & reliqua ſo
lennia more tutorum, dicit ꝙ non incurrit penam:ne tam debitæ ſucceſsio
nis beneficium reſtringatur.Non obſtat quod ſedulũ officium a matribus re
quiratur.C.qui pe.tu.cum a matribus.& ff.ad Tertul.l.2.§.qui ſi nõ compu-
lit.& prædic.§.ſi mater. & quod ibi,in fine no.contra matrem,contra quam
facit.& ff.qui pet.tutor.l.ſi minores.Nam,vt dicit,hæc contraria loquuntur
in tutore petito a matre,in quo plenum a matre requiritur officium, quod
bñ adminiſtret:vt ibi Proſequẽdo tres alios articulos,quos cũ iſtis ꝯiunxit,
ſ.in illa,quæ ꝑgnãs mãſit in bonis mariti,eo mortuo:nec petit ſe mitti in poſ
ſsionẽ noie uẽtris:nec petiit curatorẽ vẽtri, nec curatorẽ bonis. In primis
duobus ꝯ mulierẽ q̃ nõ petiit ſe mitti,vel curatorẽ vẽtri dari,allegat qđ gra
uiter deliquiſſe videt,negligendo tã fauorabilia partui, vt ꝓduceret in lu-
cem:qui non ſolum parenti,ſed etiam Reipublicæ naſcitur.ff.de ven.in poſ-
ſeſſ.mit.l.1.ver.eo facilius.Item huic partui ex facto talis mulieris poſſent.
alimenta negari.eo.tit.l.extraneo.in fine.Et hoc eſſet grauius, quam non pe
tere tutorẽ pupillo.qđ repellit matrẽ:ergo & iſtud fortius.Adiuuat hoc ꝑ l.
unic.§.ſed ſiſcimus.C.de Lat.li.tol.& in Auth.de nup.§.ſi uero ab initio Cõ
trarium ſoluit,ſcilicet,quod ex utroque vel altero prædictorum omiſſo,non
perdat mater ius ſuccedendi,quod ſibi competit ex Tertulliano, non exi-
ſtentibus deſcendentibus,vel collateralibus utroque modo coniunctis: vt
patet ff.& C.ad Tertul. cum igitur nulla lex ex uerbis, vel mente,eam his
caſibus prohibeat dicetur admitti. Ad modum ſoluendi, inducit ff.de act.
& oblig.l.obligationum fere.§.placet.In articulo v.lib.3.de curatore bonis
non petito, dicit textum eſſe in l.2.ff.ad Tertul. §.item ſi pærgnans. quod
incidit mater in ſententiam conſtitutionis.Nec mirum,quia ipſius negligen
tia principaliter eſt in præiudicium pupilli,licet & creditoribus præiudica
re poſsit:vt eo.tit.l.j.§.quoties ¶ Adde primæ quæſt.Bar.in l.minores.ff.qui
pe.tu.Bald.conſilio ccclxxxviii.incipiente, ſtatuto cauetur.lib.4.& conſil.
cclxxvi.Ad ſecundã.adde Pau.de Caſt.conſil.ccclxxiiii.incipiente,poſtpoſi
tis.in pe.col.& Bal.conſil.cxxii.lib.3.incipiente,quidam.

¶ Exceptiones fiendæ contra quemlibet
tutorem & curatorem.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor & curator adminſtrare negotia pupilli vel adulti, quibus caſibus poſsit.*
2 *Tutor incipiens inuentarium facere, & non perficiens, an poterit conueniri agere.*
3 *Inuentario facto coram iudice, vocatis debitorib. pupillarib. incumbit onus tutori.*
*Hæres habet duo beneficia ex inuentario.*
4 *Curator ad litem, an facere poſſit inuentarium.*
5 *Tutor non ſatiſdans, nec inuentarium faciens, an poſsit exercere iudiciũ momentaneæ poßeßionis.*
6 *Pupillus auctoritate tutoris inuentarium non faciẽtis, & iudicis auctoritate vendens prædiũ, in cuius alienatione decretum deſideratur, an ualeat.*
7 *Decretum perperam interpoſitum, habetur pro non interpoſito.*
8 *Tutorem habenti non poteſt dari tutor, niſi in ſex caſibus.*
9 *Forma faciendi inſtrumenti, vbi datur tutor tutorem habenti.*
10 *Epiſcopus, vel monachus, vel regularis, non poßunt eſſe tutores.*
11 *Impediunt quædam facienda, quæ non impediunt facta.*
12 *Clerici tenentur ad tutelam miſerabilium perſonarum recipiendam.*
*Excedens xxv. annum, non debet habere curatorem.*
13 *Tutor, pupillo defuncto, non cogitur adimplere quod inſtituerat, quia tutela eſt finita.*
14 *Cura finitur eiſdem modis, quibus & tutela.*
15 *Actus legitimus non recipit diem, vel conditionem.*
*Dare tutorem, aſt actus legitimus.*
16 *Tutor non poteſt durante officio nomine ſuo, vel pupilli, agere contra contutorem.*
17 *Pupillus patrimonium habens in diuerſis ciuitatibus, vnde habebit tutorẽ.*
18 *Tutores plures ſi dati ſint alicui, quorum aliqui nolunt agere, an cæteri illos cogere poſsint.*
19 *Tutoribus pluribus alicui datis, poteſt quilibet agere ea, per quæ non fit tutelæ diſsolutio.*
20 *Tutores ſi conueniuntur, quorum vnus confitetur, alter negat, cui ſtabitur.*

5.§. Generaliter etiam contra quemlibet tutorẽ
& curatorem opponitur de æta
te q̃a eſt minor xxv.ann.vel alias eget alterius cura.C.đ leg.tutor.
l.fin.Inſt.qui da.tut.poſ.§.furioſus.& de excuſ.tuto.§.minores. [a]
a & §.pen.& fina.C qñ mul.tut.off.fun.poteſt.l.2 §.his illud.Itẽ,
ꝙ capite minutus eſt.ff.eodẽ l.legitimos.in fi.Item, quod tutor
vel curator non facit inuentariũ C.arbi.tu.l.fina.ff.de ven.in poſ.
mit.l.j.§ decretum.& ff.de bo.auto.iud poſſ.l.1.§.fin. Vel,ꝙ il-
lud non fecit legitimè C.de iure deli.ſcimus. & dicam j.de inſtr.
edit.§.dicto.Item,qupd licet fecerit inuentarium, non tamẽ ibi
omnia

ADDITIO.

a §.minores.¶ Et quia litera illius §.dicit,ꝙ olim minores excuſabantur, di-
cunt quidã minores olim dari potuiſſe,quod eſt falſum:ut patet.ff.de teſta.
tut.quæro.§.Lucius.& de excuſ.tu.l.non ſolum.§.libertus. Ad contrarium
reſpondet,ut dicam j.ti.j.§.ut autem.ſuper uer.ſed nunquid.

a omnia bona pupilli poſuit. [a] Quod dic,ut in præ §.dicto.uer.ſed
1 ſi omnia.ibi,& uide formas multiplices inuentarii.† Hoc aũt no
tandum eſt,ꝙ tutor & curator nõ poſſunt adminiſtrare negotia
pupilli,uel adulti:niſi prius tria fecerint,ſcilicet, ꝙ fecerit inuen-
b tariũ,& ꝙ iurent utilia facere,& inutilia prætermittere, [b] & ꝙ ca-
ueant ſub hypotheca rerũ ſuarum:ut in præd.concord.C.de epiſ.
audien.l.de creationib.in fi.& in Auth.ibi poſita.& C.de cur.fur.
l.fi.§.in prouincia.& in Auth.ut hi,qui ob.ſe.per.ha.res mi.§.ſi qs.
col.6.ff.de admi.tut l.1.in fi.ff.de ſuſpe.tuto.l.tutores.& hoc,niſi
teſtator inhibuerit eum facere inuentarium: ut in prædi.l.fi.C.ar
c bitr.tutel. [c] † ¶ Quid ſi cœpit facere,ſed nondũ perfecit: nunquid
poterit agere & conueniri? Videtur ꝙ nõ.arg.C.arb.tut l.fi §.illo
proculdubio.& in Auth.de reſti & ea quæ pa it.in prin.ff.,de præ
to.ſtip.l.2.ff.de uerb.obl in executione.§.pe.ff.de leg.3 librorũ.§.
quid ergo.ff.de verb.ſign ædificia.§.1.Arg.ↄ,ꝙ ſufficiat cœpiſſe.
d ff.de aur.& argen.leg.& ſi non ſunt.§.argento. [d] ff.de ali.& ci.leg.
l.ſeruos.ff.de polli.l.1.§ cœpiſſe. de uerb.ſig.anniculus.ff. de le.3.
ſeruis.§.ornatricib.82.diſt.presb.uerſus fi.uer.expleto.12.q 2.de
e uiro extra.de fur.c.fi.Fiet aũt forte [e] † inuentariũ debitoribus pu-
3 pilli uocatis corã iudice:ut no ff.de admi.tu.chirographis nec do
ei tempora,quæ dantur hæredi titubanti ad inuentariũ conficien
f dum C.de iur.deli.l.fi § 1.uerſi quis aũt dubius. [f] Sed mox ab ini-
g tio,quam cito poteſt:puta intra triduũ,[g] incipiat conficere: vt C.
de adminiſt.tu.l.tutores.2.ff.e.tutor,qui repertorium.in prin.C.
arbi.tu.l.fi.§.illo 28.diſt.de Syracuſanæ.ibi:deſcriptione, &c.in fi.
& 12.q 1.manifeſta & q.2. charitatem.licet contrarium ſeruare-
h tur Mutinæ eo tempore,quo ibi in decretis legebam. [h] ¶ Vtrum
4 autem curator ad litem faciet inuentariũ? ¶ Dic † ut ſ̃.de actore
i uniuer.uerſi puberes. [i] Sed nec poſſunt hi uendere uel alienare, [k]
k uel pignori obligare, niſi ea quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt,ſine
auctoritate prætoris.C.de adminiſt.tuto.lex quæ.in fi.& l.fi.in fi.
ff.e.ſed ſine.§ ꝙ ſicut.ff de ſuſpect.tuto § ſi tutor.C.de præ.mi.ſi-
ne decre.nõ alien l.1.& 2.C ſi res alien.pi.da.ſit.l.curator.& l.ſi in
rem.Vbert.tamen dixit,ꝙ licet tutor non iurauerit,ualent tamẽ
facta per eum:quia cum multa egerit,decepti eſſent,qui cum eo
contraxiſſent.arg.ff de off.præt. Barbarius.3.q.7.c.infamis.§.tria.
l in prin.& quia licet ſit hoc in curatore [l] expreſſum: ut in præ l.de
creationib.non tamen in tutore.ext. de deci.ad audientiam quã-
m uis poſſit dici eadem æquitate,ꝙ & tutor,iuret. [m] † ¶ Item,ſecun
5 dum eum,tutor,qui non ſatiſdedit,nec inuentariũ fecit,non põt
exercere iudicium momentaneæ poſſeſſionis,niſi magnum peri-
culum ſit in mora: vt C.de tuto.& cura.l.fi.& per totum & ff.de
adminiſt.tuto.tutor,qui repertorium.reſp.1.licet ſeruus & pupil
lus ad hoc admittantur, ut C.qui legitim perſo.ſtandi in iudi.l.fi.
Sed illud utilitate & fauore domini & pupilli dictum eſt.Nota ta
men,ꝙ ſatiſdatio non eſt de ſubſtãtia eius, ꝙ tutor neceſſe tamẽ
habet facere:quia poteſt ſuſcipere tutelam, antequam ſatiſdet,&
adminiſtrare, niſi prohibeatur.C.de tuto.& cura.qui non ſatiſd.
n l.2.ſecundum Vber. [n] Sed dic,ut iam ſupra dixi.† ¶ Quid ſi pupil
6 lus autoritate tutoris,qui inuentariũ non confecit, & iudicis au-
ctoritate uendit prædium, in cuius alienatione decretum deſide
ratur:ut j de emptio.& uendi.§.nunc dicendum.uerſ. hoc quoq;
o nunquid valet? [o] Videtur, ꝙ ſic.ff.de rebus eorũ.l.ſi pupillorum.
§.ſi tutor.& ff.quando appellan ſit.l 1.§.biduum.& ff.de minor.l.
ait prætor.§.permittitur.ff de bono.poſſ ſeruus.ff.ꝙ falſo tut.l.1.
§.pe.C.qui admit.ad bono.poſſ.in bonorũ Sed hæc locũ habent,
qñ ſolus iudex interuenit.ꝙ plus ualet,quam ſi cum alio idoneo.
arg.ff.de arbi.Pedius extra,de off.leg.cum ſuper arg.ↄ.nam tuto-
ris & iudicis auctoritas requiritur: ut C.ſi propter pub.penſi.l.fi.
7 † ¶ Sed decretum perperam interpoſitũ pro non interpoſito ha-
beri debet.ff.de teſta.tute.iure noſtro.ff.de rebus eorum.l. quam-
uis.Credebat enim iudex illum eſſe legitimũ tutorem,& nõ erat:
unde non ualet.eod.tit.l.magis.§.ſi æs.& in prædic.decr.cũ ſuper.
p & hoc puto uerũ.arg.ff.de arb.parui. [p] & C.arbi.tu.l.fi §.illo.Pro
non tutore eñ eſt,ex quo inuentarium non fecit.C.de tu.uel cur.
qui non ſatiſd.l.fi & C. in quib.cau.in integ.reſti. non eſt neceſ.ſi
tutor.extra, de trãſla.epiſ.inter.circa medium. Vel dic ꝙ ſi iudex
ſciens illum eſſe illegitimum, pronunciauit legitimum,bene ua-
let uenditio tuitione prætoria.arg.ff.quod fal. tuto.autore.l.1.in
fi.& facit.ff.de iureiur.l.iuſiurandum.1.Sed contra.ff.de cura.fur.
cõſilio.ubi dicitur in talibus dari exceptionem: ſed illud eſt in ex-
q ceptione facti,non iuris ibi. [q] Item nõ obſtat quod ſic agebat,ſic
r contrahebat:ut ff.ad Maced l.3.& de offi.præto.Barbarius [r] Nam
talis error nõ præiudicat fauori pupilli.arg.ff.de rebus eorũ.l.qui
s neque.& no,in prædicta l ſi tutor. [s] Item opponitur, quod tutor,
uel curator,uel etiam pupillus eſt ſeruus: & ſuper quæſtione ſerui
tutis patitur quæſtionem ff.de tut.l.1. Inſtitu.eod.in princ.& qui
t dari tu.uel cura.poſſ.§.ſeruus.& de leg.pa.tu. [t] C.e.tit.in ſeruili C.
de teſtam.tu.ſi pupillorum.& de pa.po.l.impuberis.niſi iudex cer
... ſit ſuper hoc, & egerit ex mero officio.C.qui da tut uel cura.
u ... ſunt.l.1. [u] ff.de tu.& cura.ei qui.Item quod habenti tutorem,
x tu... non poteſt: [x] ut C.qui petant tuto.uel cura.cum mater.

curator tamen ei datur.Inſt.de cur.§.interdum.ubi de hoc.C.qui
da.tu.uel cur.poſ.ſi ſororis.C.in quibus caſibus hab.tu l.j.ff.de tu
8 tel.l.3 §.ſi pupillus.& l.ſolet etiam.† Niſi in ſex caſibus,in quibus
datur tutor habenti.Primus,ſi tutor ſit ſurdus,uel mutus, uel furio
ſus.ff.de tutel.l.prima.Secundus, ſi habet bona in duabus uel plu-
ribus prouinciis : nam totidem poſſunt eſſe tutores.ff.de excuſat.
tuto.propter litem.§.fin.Tertius,ſi mater tutrix nubat:nam tunc
datur alius tutor.in Authen.de nupt §.ſi uero tutelam.colla.4 &
ſ̃ §.prox.uer.ut autem.& ſeq.Quartus,ſi tutor eſt ad tempus rele
gatus,uel excuſatus, uel remotus : nam interim alter datur.C.in
quibus caſibus ha.tu.l.pe.& facit Inſt.de Attil.tuto.§.1.& 2.Quin
tus,ſi tutor eſt apud hoſtes,nõ ut ſeruus,ſed ut relegatus,uel trãs
fuga.ff de tutel.ſi quis tutor.Sextus, ſi abeſt Reipublicæ cauſa.ff.
eodem queſitum & ff de ſuſpe.tu.ſi quis abfuturus.& ff.de tuto.
& cur.da.ab his l.curator. Placentinus tamen in prædi.caſibus in-
telligit

## ADDITIONES.

a Poſuit. ¶ Tenuit Gui.de Suza.in l.2.C.de alimen.pu.præ.per ipſam legem, ꝙ tutor,qui non tenetur verba inuentarii oſtendere aduerſario,oſtendet ergo iudici,ſecundum eum.

b Prætermittere. ¶ De hoc ſtatim verſi.2. ¶ Adde pulchre Ro.conſi.425.vbi per ordinem enumerat neceſſaria tutori facienda ſuſcepta tutela.

c C.arb.tut. Textus illius leg. vtitur verbo, Vetuerit.quo etiam vtitur Guil. j.de inſtr edi.§.fin. ver. tutor autem. licet ibi ſubdat verbum remiſsionis. Hoc dico propter dominum meũ in legibus, qui in quadam quæſtione,quã diſputauit,tenuit ꝙ ſimplex remiſsio teſtatoris facta tutori,ne inuentarium facere teneatur,non valet, cum remittat ius publicum.ff.de admi.tu.quidã decedẽs.& de pact.ſi vnus.§.illud.Si vero expreſſe prohibuit: diſtinxit,aut fuit errore ductus,aut non.& ſi non : aut venit noua cã,aut non. ꝙ vide per Cy.in præ.l.fi.C.arbi.tu.& ideo eius verba ſic decido. Ibi tñ præmittitur diſtinctio Dy.ꝙ ſi remiſsio ſolum reſpicit teſtatorẽ, valet.C.vt in poſſ.le.l.2.ſi vero reſpicit hæredem,quia illi põt eſſe dãnoſa, nõ valet.C.de vſufruct.l.1.& no.extra,de pig.c.fi.in gl.2.qñ vero dubitatur,an poſsit, vel nõ poſsit eſſe dãnoſa hæredi,tunc dicebat Dy.ꝙ valet remiſsio:quia veriſimile eſt,ꝙ velit vtilitatẽ hæredis.& ſic loquitur per l.vlt. Id aũt dupliciter eſſe põt,ſcilicet, ne inuidiæ ſubmittantur hæredis diuitiæ.vel defuncti,ne denudetur paupertas.C.qñ & qui.quar.pars.l.2.lib.10. ¶ Adde,ꝙ teſtator poſsit remittere tutori confectionem inuentarii: tenet Ang.conſi.175.vbi dicit ꝙ ſic: tamen iudex iuſta cauſa ſuadente, poteſt recedere à voluntate teſtatoris. & Ro.dicit tenuiſſe Mar.idem Bal. in l.fi.de iure deli.

d Argento. ¶ Alias,quid ergo.in concor.

e Autem forte. ¶ Sic Vber. de Bonacu. vbi ſ̃.Accur.in l.tutores.2.j.alleg.in gl.non eſt.dicit eos non vocandos. Et rationem reddit,quare aliud in hærede:quia ex inuentario habet hæres duo beneficia,ſ.Falcidiæ:& quia vltra vires creditorib.non tenetur, tutori vero imminet ſolum onus.

f Dubius. ¶ Hucuſque Vber.de Bona. ſubdens quod de Mutina ſic ſequitur.

g Triduum. ¶ Dixit Vber.de Bobi.vel intra 30.dies.alleg. eaſdem leges & §.ſi autem.de hoc in l.tutores.in 1.gl. ¶ Adde Abb.conſi.87.lib.2.

h Legebam. ¶ Dixit Gul.de Suz.in præ.l fi quod in tota Lombardia id ſeruabatur,ſcilicet,quod ſufficiebat,ꝙ intra illud tempus, ꝙ datur hæredi,ſuum inuentarium inchoarent.

i Puberes. ¶ Et vide quod ibi dixi.

k Vel alienare. ¶ Etiam cohæredem vel ſocium ad diuiſionem prouocando. C.de præd.mi.l.pe.& dicam ſuper rub.j.prox. ¶ Adde,an pecunia ſit de rebus,quæ ſeruando ſeruari poſſunt,Ro.conſi.188.

l Curatore. ¶ Quod Simon in præ.l. intelligit etiam in curatore ad litem.

m Tutor iuret. ¶ Hæc opi. Vberti iuſtificauit dictum Guid. de Suzar.qui tenuit in l. fi.C. arbi.tut. poſſe per teſtatorem hoc iuramentum remitti, quod etiam plene diſputauit.Inducit ipſam l.fin.& ff.de teſti.l.1.in Auth. de nup. §.diſponat.colla.4.C.de ſacroſanct.eccleſiis.l.1.de teſt.mil quæ à patre.cum concor. Item etiam per contractus legum auſteritas mitigatur.C. de temp. app.l.fi.§.vlti.ff.de fer.l.1.C.loca.licet.commo.l.1.fortius per vltimam voluntatem.extra, de dona.cum dilecti.in fi.ff.de pactis.pactum inter. Inſti.de lege Fuſia Cani.tol.in fi.Item remittit ad id,quod habetur C.vt in poſſ.le.l.2.& ſatis eſt ſibi non eſſe prohibitum ff.ex quib.cau. maior.l. necnon.§.1.

n Vber. ¶ De Bo.Vbi de datiuo,poſt princip.

o Nunquid valet. ¶ Ad materiam facit,ꝙ ſcripſi de conceſ.præb.literas.in gl.no.quod præbenda.in gl.ſeq.

p Parui. ¶ Alias Pedius.& ſic allegat ſ̃.eo.ver.

q Iuris ibi. ¶ Capio quid velit auctor.lex illa.§.1.ponit caſum de furioſo hærede,qui vendicat rem venditam per ipſius curatorem, qui non cauit: poſſidens reus excipit,quod curator vendidit: replicat actor,curatorem illum ſecundum iudicis decretum non ſatiſdediſſe. Conſtat ꝙ replicatio eſt exceptio.ff.de excep.l.2.§.1.De quacunq; igitur harum exceptionum primæ vel ſecundæ,vt ſic dicam,loquatur actor, dico illam iuridicam. Verum ſi addat, & probet poſſeſſor pretium per eum ſolutum conuerſum in ſolutionem creditorum illius furioſi : tutus eſt exceptione doli. Et huic vltimo dicto concor.ff.de re.eo.qui ſub tut.ſi pupillorum.§.pe.& vlt. ¶ Adde Bald.conſi.38.in fi.incipiente,Gul.adultus.lib.1.

r Barbarius. ¶ In his error communis,hic ſingularis.

s Si tutor. ¶ Facit j.tit.1.§.fi.ver.hoc etiam.

t Pa.tu. ¶ Hoc cancellato,quod nil ad caſum, bene continuatur quod ſequitur.C.eod.tit.

u l.1. ¶ Vbi vide de hoc.

x Non poteſt. ¶ Succeſsiue:ſimul autem plures dari poſſunt.C.de diui.tut.l.2.& ſucceſsiue per diuerſos diuerſorum locorum iudices : ſtatim pater ſeruus.& j.ver.ſed pone quod pupillus.vſque ad finem §.



pupil. ...guit.alibi tenet

tellígit tutorem poni pro curatore : & ſic in eis non fallit regula
a præ:ibata, ſecundum Azo.[a] & Accur.contra.[b] In hoc autem du-
b bio conſilio, quod ſic facias ſcribi in inſtrumento:
9 † FORMA. Talis iudex, in locum talis tutoris, conſtituit ta-
lem tutorem, curatorem, adminiſtratorē & adiutorem, & ſic non
poteris errare: & quando oportebit eum eligere, quomodo agat,
tanquam tutor, uel tanquam curator, &c. eligat quod certius eſt,
ſcilicet, tanquam curator. Item tutor & curator quandoque fa-
ciunt actorem ad cauſam: de quo dic, ut ſ. de actore ab vniuerſita.
10 † ¶ Item opponitur cōtra tutorem, ꝙ eſt epiſcopus, uel clericus
in ſacris, uel monachus, ſeu regularis: qui nō poſſunt eſſe tutores.
83. diſt. neque apud. 21. q. 3. Cyprianus. C. de epi. & cler. generali-
ter. quæ eſt. 6. q. 1. in Auth. de ſanct. epiſ §. Deo autem amabiles.
Super quo dic, ꝙ prędicti tutelam teſtamentariam vel datiuam
non poſſunt exercere: ut ibi. ſed clerici poſſunt, ſi uolunt legitimā
c exercere: ut 86. diſt. in peruenit.[c] 87. diſt. in religioſum non tamē
d coguntur: ut C. de epiſc. & cler. Auth. presbyteros[d] ibi: propria
e uoluntate, &c.[e] & in prædi. l. generaliter. Epiſcopi autem & mo-
nachi, & regulares, etiam uolentes, non poſſunt legitimam exer-
cere: ut in prædict. Auth. presbyteros. in fin. 88. diſt. in. epiſcopus
puber. & quod dicitur in prædict. capitu. peruenit. niſi forte. &c.
nō excipit epiſcopum, uel monachum, ſeu regulares, ſed ſolum
clericos. Vel dic, derogari illi Auth. per canonem, uel etiam epi-
11 ſcopi, uel monachi poſſunt ſaltem legitimā exercere. † ¶ Quid
ſi eam prius ſuſceperāt, quam fierent monachi, uel epiſcopi? Di-
cit Vber. quod non finietur. arg. ad hoc nam quædam impediūt
facienda, quę non impediūt iam facta: ut ff. de poſtu. l. 1. § caſum.
ext. qui cler. uel uo. rurſus. arg. contra. ff. de arbitr. non diſtingue-
f mus. §. ſacerdotio.[f] Quid de conuerſis: nunquid poſſunt ſuſcipe-
re tutelam uel curam? Dicit Vber. ꝙ non. Non enim bene poſ-
ſunt tractare ſimul diuina & humana. extr. de cleric coniu. diuer-
ſis. & arg. ext. de ſent. excommun. parochianos. C. de ſacroſanct.
eccle. ut inter. quod forte uerum eſt in profeſſis & ueſtitis: ſecus
ſi nondum ſint profeſſi: ut 27. q. 1. ut lex. ext. de priuil. ut priuile-
12 gia. uer. hoc autem. † ¶ Illud autem certum eſt, quod omnes cle-
rici tenētur ad tutelam miſerabilium perſonarum recipiendam:
g ut in præ. c. peruenit.[g] & 87. diſtinct. cap. 1. & 2. C. de epiſc. & cle.
orphanotrophos. arg tamen contra in præ. l. generaliter. Sed for
tè non coguntur, & ſic poteſt tolli illud cōtrarium. ¶ Item oppo
nitur contra tutorem uel curatorem, quod eſt ſurdus, uel mutus.
ff. de tutel l. penul. Item, quod ſuſcipit ceſſionem actionum con-
tra pupillum uel adultum ſuum: ut in Authen. ut hi, qui oblig. ſe
per. ha. res minor. in Rub. & in princip. titu. colla. 6. ad idem facit
ff. ſi ſer. uen. altius. ff. de condi inde. frater à fratre. & extra, de nat.
ex libero uen. capit. unico. & infra uerſic. proxi. Item quod tutor
h ſeu curator eſt creditor, uel debitor pupilli, uel adulti,[h] & admi-
niſtrat ſine adiutorio ut in Authen. ut hi qui oblig. ſe perhib. hab.
res min. & C. qui da. tut. uel curatores poſſ. Authent. minoris Et
hoc locum habet tantum in datiuo & legitimo, non in teſtamen
i tario, ſecundum quoſdam.[i] Quod dic ut not. in præalleg. Auth.
Facit autem hoc in matre & auia. in Authen. ut matres debito. &
credi. ſine prohib. tu. ſi. ge. col. 7. C. quando muli. tut. off. fun. po-
teſt. Authen. ad hæc. in fine. Item, quod is, cui datus eſt tutor, uel
curator, exceſſis 14. uel 25. ann. & hoc ſi uelit nouum iudicium
inchoare, quod non poteſt. Inchoatis autem aſſiſtet etiam, poſt
quam exceſſerit. ff. de tu. & cura. da. ab his. Seio. Inſti. de Atil. tu.
in ſi, & quib. mo. tu ſi. in prin. ff. de adminiſt tu. ita tamen ſi tutor.
§ ſi tutor. & § ſequ. & C. arbitr. tut. tutor poteſt. C. ut cauſæ poſt
pub. tutor adſit l. unica. de hoc ſ. in tit. de actore. ver. item tutor.
Accuſationem tñ, quam nomine pupilli inſtituerat, eo defuncto
13 non cogitur adimplere. ff. ad Turpill. diuus Adrianus. † ¶ Item ꝙ
tutela eſt finita, ut in præmiſſo caſu, uel quia impubes, qui ſub tu-
tela eſt, ab aliquo arrogatur, uel deportatur, uel in ſeruitutem re-
ducitur, uel ab hoſtibus capitur: uel tutor ad certam conditio-
nem, quæ ineſt, datus eſt: uel ſi tutor ſeu pupillus obiit, uel ſi tu-
tor maximam capitis diminutionem patitur: quia tunc omnis tu
tela finitur. Minima uero ſolum legitimam parit: per maximam
autem capitis diminutionē pupilli omnis tutela finitur. Finitur
etiam, ſi tutor ad certum tempus datus eſt, ꝙ aduenit, uel ſi deſijt
eſſe tutor, uel ſi excuſatus eſt, quod fit multis ex cauſis: ut Inſtitu.
de excuſ. tu. uel ſi remotus eſt à tutela, ut ſuſpectus, quod fit mul-
tis ex cauſis ꝙ dic, ut inſt. de ſuſpect. tut. Præmiſſa oīa probantur
Inſt. qui. mo. tu. ſi. per totū. & C. quando tut. uel cura. eſſe deſi. per
totum. & in præ. ver. itē tutor. Quid ſi tutor nolit cauſam pupilli
14 defendere? De hoc ſ. in tit. de reo. ver. itē tutor. † ¶ Eiſdem quo-
que modis cura finitur, quibus & tutela: ſi pupillus ſeu impubes
habet

ADDITIONES.

a Secundum Azo. ¶ In ſumma, in qui. ca. ver. quidam tamen.
b Contra. ¶ Qui dixit vbi ſ. ꝙ cum omnes leges inductę de tutore loquantur,
Eſt ſcien... eſt à litera recedendum. ff. de leg. 3. nō aliter. Quæ autem ſit ratio qua-
non ...æ non ... curator, & non tutor, vide in gl. prædicta, & per Azo. in præ. verſi.
re detu...

c Peruenit. ¶ Vbi glo.
d Presbyteros. ¶ ij. Mihi tamen incipit presbyter.
e Voluntate, &c. ¶ Mihi dicit litera ſua ſponte.
f Sacerdotio. ¶ Ibi non dicitur, ꝙ non poſsit arbiter factus ſacerdos ſenten-
tiam dicere. ſed ꝙ cogitur. & concor. ꝙ dicit j. ver. 2. ¶ Adde, quid econtra,
nunquid laicus poſsit eſſe tutor clerici? Bald. pari ratione concludit, ꝙ ſic,
eius conſilio 243. lib. 1. non intelligas in beneficialibus.
g Peruenit. ¶ Vbi idem not.
h Vel adulti. ¶ In quantitate non minima. De hoc in Auth. minoris. in prima
glo. eſt hic arbitrarium, vt no in corpore glo. loquitur.
i Quoſdam. ¶ Placuit hoc Odofre. & dn̄o meo, & Gui. de Su. & Cy. in Auth.
minoris. vbi pr̄ fuit ſciens. Idē Vber. de Bo. vbi ſ. ſed aliter Vber. ponit pro
dubio, paulo an̄ facit de curatore. Azo tenet primā in Summa, qui da. tu. &
cur. verſi. itē creditor. Contrariū tenet in Summa, ſup ꝯſtōne, vt hi quiob.
&c. col. 6. Accu. vtrobiq;. & Inſt. de autor. tu. in ſi. tenet ꝯ̄rium. & Iac. de bel.
dicit eſſe tex. in cor. tut. præall. §. hæc oīa. vbi dicit nō oīno: ꝙ exponit, id eſt
nullo modo, & nullo caſu. Acc. pōderat ibi §. hoc dicimus, ſequit̄ in oī cura-
tore. vterq; ꝓ ſe inducit Aut. matri. C. qn̄ mulier. Dn̄t eñi primi, ꝙ ſi mater
debitrix & creditrix admittit̄, fortius admittet̄ teſtāriꝰ tutor, cuius fides ꝑ
patrē ꝓ electa prefertur matri, vt ibi. Scđi dn̄t, ꝙ exceptio matris in cæteris
ꝯfirmat rl̄am. Cum igitur teſtārii non ſint excepti, includent̄ in rl̄a. Sed pri-
mi ad hoc vltimū rn̄dent ꝙ no in l. q̄ ꝑ ꝑ. ff. de regulis iuris. & ꝙ ſcripſi poſt
Dy. in regula, arg. de regul. iur. lib 6. ſup 1. gl. Ad id ꝙ dicā de dato ex inqui
ſitione, dn̄t primi, ꝙ licet magna ſit iudicis auctoritas, plus tñ ualet patris te
ſtimoniū, q̄ eius inquiſitio. Nā pro filio pupillo teſtat̄. & dat tutorē illi etiā
exhæredato. & Guil. alleg. l. iſti quidē. in ſi. ff. ꝙ met. cā. Inducit ēt ad primū
dictū §. diſponat. in Auth. de nup. C. arbit. tut. l. ſi. Dy. ſuo conſi. 38. & tenuit
cū Acc. & ſequacib. ꝙ debitores, & ſi teſtārii ſint, non poſsint eſſe tutores. Et
ad id, ꝙ fides dr̄ approbata, rn̄det vt Acc. in corpo. vt hi, q̄ illud verū, quoad
onus ſatiſdationis: nā de ꝯſtitutione illa. vt hi, q̄ ob. &c. q̄ nondū erat lex, de
creationib. C. de epiſ. aud. & §. 1. Inſti. de ſatiſd. tut. non potuit cogitare. Itē
ſi releuatio à ſatiſdationis onere ſufficeret: ergo ꝙ datus ex inquiſitione, q̄
non ſatiſd. vt ſ. §. ſi aūt. ver. horū. poſſet eſſe creditor, vel debitor. ꝙ oēs ne-
gant. His rationib. gl. vtitur. Dy. dicebat ēt ibidem, ꝙ dato ꝙ poſſent eſſe tu
tores, ꝙ eſt falſum, ſi nō prohibitus eſſet datus ſimul cum eis, ꝑꝑ ꝙ timet cū
eis gerere pōt illos ꝓuocare ad ſatiſdationē: ꝑꝑ ꝙ venitur ad alterū duorū
vt dēt fideiuſſores nō ꝓhibito, & adminiſtrēt: vel vt totā adminiſtrationē
admittant nō prohibito & ab illo ſatiſdationē recipiant, rem pupilli ſaluā
fore. ff. de teſta. tute. l. teſtō datus. ¶ Adde, ꝙ Bar. in d. Aut. minoris debitor.
diſtinguit, aut teſtōr ſciebat, aut ignorabat. Primo caſu poſsit eſſe tutor, ſe-
cundo non. Et idē ꝯſuluit eius ꝯſilio mihi 148. inci. q̄ſtio iſta. ¶ Redeundo
ad propoſitū diſputauit dn̄s Rayne. de For. poſito, ꝙ ꝯſti. vt hi, qui ob. &c.
habeat locū in teſtārio tutore: quærebat de creditore dato in teſtō pupillo,
qui hæreditate adita ſe fecit decerni tutorē, de credito mētione nō facta, &
facto inuentario adminiſtrauit: an patruus pupilli, qui ſciuit oīa ꝓ̄dicta, poſ
ſit illū petere remoueri, & ſibi vt legitimo, adminiſtrationē decerni? Copio
ſe & ſubtiliter allegat ad utranq; partē. Virtus q̄ſtionis eſt in hoc ꝙ no. Acc.
in l. pater. ff. de procur. in 1. gl. Certū eſt talē dari poſſe: ſed dubitat̄ an datio
teneat. Ponit ibi opi. Azo. ꝙ datio teneat, ſed cadat à credito, & ꝯ̄ria Hug. q̄
approbat, ꝙ non teneat datio. Vtraq; ēt opinio no. in l. ꝑꝑ litem. ff. de excu.
tut. in gl. in præ. Auth. minor. vr̄ gl. hoc, ſi ſciuit variare ab eo ꝙ prædixerat
in 3. gl. ipſe ſoluēdo ſequit̄ Azo. Motiua ipſius hæc, q̄a auth. illa in corpore
ſucceſsiue ponit quatuor caſus, vſq; ad §. qm̄ aūt. Primus eſt in creditore ex
antiqua cā. Secūdus, in creditore ex noua. Tertius, in debitore. Quartus, in
iam tutore recipiente ceſsionem ꝯ̄ pupillū. Primus, qui ad propoſitū facit,
ſubdiuiditur, ſi conſtabat illum eſſe creditorē, à principio repellitur, nec pu
nitur. Quod intelligo, ēt ſi ſe ingerat ad illā recipiendā: ſi tacuit, nec à prin-
cipio ꝯſtituit de credito, cadit ab illo, & alia pęna nō imponit̄: ergo nec nos
imponamus. Qđ ſic ꝓbat: Repulſio tutorū eſt de iure ſpāli: q̄a rl̄ariter quili
bet, q̄ nō prohibet̄, admittitur: imo & ꝯpellitur ad tutelā & curā: niſi ſe excu
ſet. Inſt. de excu. tu. in prin. & §. pe. Cū aūt pęna illa, q̄ cadit à credito. facit
eum non eſſe creditorē. Et ſi ceſſat cā finalis ꝓhibitionis, ceſſabit ꝓhibitio:
cā reducta ad nō cām. Fatet̄ ſoluendo l. non dubiū. C. de leg. ꝙ qn̄ ꝓhibitio
eſſet ex iure cōi, non ſpāli, ſufficeret legatorē, &c. vt ibi. ſecus cū ex ſpāli. ff.
de diuor. l. ſi. & ſufficere dēt vna pęna. ff. de vulg. & pu. ſub. l. ex facto. §. Iul.a
nus. Itē eodē mométo, quo credit̄ tacēs, credat̄ tutor vel curator, ipſe cadit
à credito. ff. de leg. 1. ſi poſt mortē. in prin. Et ſi vr̄ creatus non creditor. Item
ipſe remiſiſſe vr̄, ꝙ lex remittit. C. ſi manci. ita fu. alien. l. ſi. Certū eſt, credito
rem remittentē creditum ad tutelā admitti: ergo & iſta, ar. ff. de falſis. l. 1. §.
tutores. Inducit vltimo §. ſi vero tacuit. vbi debitori tacēti imponit̄ pęna,
& remanet in tutela: ergo idē in creditore. Ad iſtud ꝙ plus vrgere videret̄,
rn̄deo: ibi non probari debitorē permittente lege in adminiſtratione ꝑma-
nere: bene tñ oſtendit, ꝙ in illa māſit. intelligo de facto, donec apparuerit pe
tens illū remoueri: & tūc ſi tp̄e curationis, q̄ ſic de facto geſsit, aliquas libera
tiones obtinuit, illæ nō iuuant. Memoror dn̄m meū in legib. in ſcholis ſæpe
